

tanquam Dei ministros *a*, & gregis cui  
 præfunt, patres atque duces agnoscent &  
 honorabunt: cum in cathedra Moſis ſe-  
 dent *b*, id eſt, quum verbum Dei propo-  
 nunt, eorum doctrinam audient & vene-  
 rabuntur; quin etiam, cum juxta verbi di-  
 vini præſcriptum incedunt, exemplum eo-  
 rum in vita & in moribus imitabuntur.

*a*, 2. Reg. 6.

v. 21. 1.

Cor. 4. v. 14.

*b*, Matt. 23.

v. 2. & 3.

### L o c u s IIII.

De

#### *Hostibus & veneno Eccleſiæ.*

**S**ic de Eccleſiæ militantis militibus: ſc. Aphor.  
 Sequitur de ejus Hoſte & veneno. I,

2 Hoſtes Eccleſiæ ſunt duplices, inter-  
 ni, & externi.

3 Externi ſunt vel ſpirituales, vel cor-  
 porei.

4 Spirituales ſunt mali Angeli.

5 Angeli mali ſunt Spiritus Deo rebel-  
 les, omniumque malorum authores, qui  
 ea quæ Deo displicent, & Eccleſiæ Dei no-  
 cent, horribili impetu quærunt: ſed nihil  
 niſi volente & permittente Deo, facere  
 poſſunt.

6 Corporeus hoſtis eſt mundus, per  
 quem hîc intelligitur congeries & multi-  
 tudo impiorum & Diaboli ſatellitum, quæ